





179  
5  
1799 4

T H E S E S  
D E

28  
P. 22  
23  
24  
26  
27  
27  
in  
30  
31  
32  
36  
38  
42  
44  
47  
49  
52  
53  
56

DOCVMTORVM RECOGNITIONE

GENERALI ET SPECIALI

Q V A S

P R A E S I D E

D. ERNST GOTTFRIED CHRISTIANO

K L V G E L

IVR. SAX. PROF. IVDICII PROVINCIALIS IN LVSATIAE  
INFERIORIS MARCHIONATV ET FACVLTATIS IVRIDICAE  
WITTENB. ASSESSORE

DIE XXVI. NOVEMBR. A. O. R. MDCCLXXIX.

H. L. Q. C.

DEFENDET

IOANNES WILHELM HEDENVVS

ARNSHAÏGA VARISCVS.

---

WITTENBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRIL



THESES  
DE  
DOCUMENTORUM RECOGNITIONE  
GENERALI ET SPECIALI

QVAE  
PRAESIDE  
D. ERNST GOTTFRIED CHRISTIANO  
K. L. V. G. E. I.

IVR. SAX. PROE. IUDICIJ. PROVINCIALIS IN EVANGELIAE  
INTERIORIS MARCHIONATU ET FACULTATIS IURIDICAE  
WITTEBERG. ASSessorE.

Die XXVII. NOVEMBER. A. O. R. MDCCCLXXIX.  
M. A. G.

DEFENDET  
IOANNES WILHELM HEDENVS  
ARITHMETICA VARIAB.

WITTEBERGAE

LITTERIS CAROL. CHRISTIANI DUCHENI



**Sufficit generalis documentorum recognitio.**

Quaenam sit inter recognitionem *generalem* (quae fit absque descriptione materiae, de qua agit instrumentum) atque *specialem* (qua simul, quae in scripto comprehendantur, tanquam ex inscriptione definitus) distinctio, docent Berger in *Oec. Jur. L. II. tit. XXIV. th. 14. no. II. no. 3.* Schwendendörfer in *proc. Fibig. L. I. Cap. II. §. 16. not. z.* Kraus, in *proc. L. I. Cap. III. Sect. III. §. II.* et alii. Vocatur illa etiam *relatiua* Kraus, *all. loc. siue relata.* Berger, *all. loc.* Alio tamen sensu hac voce utitur Rivinus *ad tit. O. P. S. XXV. enunc. 17.* cui *relatiua* recognitio eo loco est, cum litis confors se referat ad recognitionem a correo iam peractam. Fit autem generalis his fere verbis: *Product recognosciret hiermit die sub A. et B. inducirte Documente dafür, wofür sie von Producenten ausgegeben worden.* Hanc formulam praeter istos, quos supra laudavi, auctores inuenimus etiam apud Barth. in *hodog. for. Cap. I. §. 38.* Hoffmann in *modo proced. Cap. V. Riui. d. I. enunc. 17.* et alios. Eiusmodi generalem recognitionem non esse reiiciendam, quamuis videatur aliter sentire Ludouici in *der Einleitung zum Civil-Proceß, III. Cap. §. 17.* exemplo rei iudicatae probauit Rivinus *loc. all. enunc. 15.* his verbis: *sufficit generalis recognitio, qua prodactus instrumenta litteraria agnoscit pro illis, quae venditauit producents.* Quapropter valde mirandum, hodieque nonnunquam eum, qui probare iussus est, quem *producentem* nominamus, existimare, reprobendam esse eiusmodi generalem recognitionem, quam tamen contradictionem Collegia Ictorum negligunt.

**II.**

Nec reiici potest haec recognitionis formula: *recognosciret die Documenta sub A et B dafür, wofür sie ausgegeben worden,*

A

Haec

Haec species agitata nonnunquam fuit coram Regimine Electorali Marchionatus Lusatae Inferioris. Vitium recognitionis esse obiciebant producentes in hac formula, propterea quod omissum sit, a quo fuissent descripta instrumenta. Debuisset enim addi, praetendebant, von Klägern siue von Producenten. Cum tamen in qualibet controuersia nemo, praeter eum, describat ea, aut pro certis quibusdam vtatur, inane replicam, qui litem diremerunt sententia, semper improbauerunt. Et nouissime, cum eadem ex causa controuersia esset inter Z. et R. coram Consistorio, quod Lubbenae est, Electorali, recognitionem illam, de qua agimus, legitimam esse pronuntiauit Facult. Iurid. Wittenb. mense Febr. hui. 1779. anni, iisdem, quas commemorauit, additis rationibus. Obuolunt. Kläger hingegen etc. theils mit der geschehenen Recognition, da der Gegentheil die Documente nur dafür, wofür sie ausgegeben worden, ohne dem Zufage: von Inapetranten; recognoscirt, nicht zufrieden seyn wollen etc. dieweil aber dennoch etc. endlich, da niemand in diesem Prozesse, als Kläger, die producirt Documente vor etwas ausgegeben, und sie dermahlen bloß zum Behufe des gegenwärtigen zwischen Klägern und Beflagten obschwebenden Processes producirt sind, bey der Recognition der Ausdruck: wofür sie von Klägern ausgegeben worden; nicht für nothwendig zu achten etc.

### III.

Quin imo ista quoque formula: recognoscirt die Documenta sub A et B, vitio caret.

Hoc non placet Bergero in *Oec. Iur. Lib. IV. tit. XXIV. th. 14. N. II. no. 3.* quo loco, eiusmodi recognitionem, quam vagam appellat, merito, scribit, nullius loco haberi, et ita respondisse Ordinem ICtorum Wittenberg. enarrat. Suspicio autem, productum forsitan in recognoscendo omisisse signa, quibus distincta erant documenta, qualia sunt illa, A. B. vel 1. 2. 3. Δ. □. ○. etc. vt, hac moti incuria, ICTi in istum modum pronuntiauerint. Certe hodie quotidiana edocemur experientia, eam recognitionis formulam, quam proposui, collegiis ICTorum non displicere. Etenim ita coarctantur ea, quae documentorum

rum causa ad acta referenda sunt, et illis, *basür, wosür* sic ausgegeben worden, facillime caremus. Nam ea non esse necessaria, inde patet, quod productus, qui comparet aduersus producentem, tantum ad ea respondeat, quae hic productionis siue perficiendae probationis causa proposuit, is autem producens solus recognitionem postulet, nullaque, nisi inter producentem et recognoscentem, sit controuersia. Praefundendum itaque est, productum, si non aliter, quam inducta sunt, recognoscat documenta, existimare, illa eadem esse, quae esse producens affirmauit. Hoc imprimis in Saxoniam Electorali dubium non est, cum formula certa in *Ord. Proc. Rec. tit. XXV. §. 3.* quae iubet productum recognoscere, praescripta non sit. Accedit, iudices eadem significatione verbo: recognoscere, uti, qui, producto contumace, documenta habent pro recognitis. Sola enim uerba: pro recognitis *zu adsten*; nisi omnia fallunt, hoc sibi uolunt, habenda esse documenta pro iis, pro quibus ea habuit probaturus, saltem quoad formam externam. conf. *Ord. Proc. Sax. Vet. tit. XXV. §. 2.*

#### IV.

Non tamen ita generaliter recognosci possunt documenta, ut recognitio cum inductione non conueniat.

Describenda sunt, quibus uti ad probandum uult producens, instrumenta, vel statim sub finem eorum articulorum, quos per ea probari cupit, (uid. *Riwin. ad tit. XXV. enunc. 19.*) vel, quod facilius et tutius esse puto, in subiecto articulis indice, quem *specificacionem documentorum* appellamus. Prius fere fit in hunc appellam: *vorstehender Articel wird* (siue der 8, 9 und 10te Articel werden) durch *B. flagtens Quittung* über 250 Thl. vom 12 Aug. 1777. so hiermit sub B. inducirt wird, erwiesen. Sin producens eligat posterius, de quo formulas uideas apud Barth. in *Hod. for. cap. I. §. 37.* et Hoffmann in *mod. proc. cap. V. tunc*, ubi primum, ut adfolet, articulis probandis hoc vel aliud eiusmodi fuerit subiectum: dieser Articel wird durch das Document sub B. erwiesen, vel breuius et cum usu fori apprime conuenienter: per Documentum sub B. quam scriptorum citationem Ludouici in der *Einleit. zum Civil-Proc. XVII. Cap. §. 3. directorium* nominat, in syllabo deinde instru-



instrumentorum ita: B. ist Beslagtens Quittung über 250 Thl. etc. fit  
 descriptio. Haec autem descriptio, quam vel lege praecunte *O. P. S.*  
*R. tit. XXIV. §. 2.* et *O. P. S. Vet. eod. tit. §. 1.* vocamus *inductionem*,  
 cuius saltim in Saxonia, omitti nequit, quippe iamiam *O. P. S. Vet. dist.*  
*all. loc.* praescriptum est, ut tenor documentorum perspicue enarretur. Ex  
 hac enim descriptioe statim cognoscere possumus, qualia sint illa, qui-  
 bus usus est producens, documenta, quod dubio procul summae est uti-  
 litatis. Sed fieri quoque potest, ut producens, vel ex negligentia vel  
 ex dolo, falsam conficiat descriptionem. Sane, siue hanc ob causam,  
 siue sine propterea certe, ut exceptiones saluae sint, recepta est in recogno-  
 scendo vox ausgegeben, qua, descriptionem documentorum iustam  
 esse et documentis convenientem, non plane videtur concedi. Verum,  
 utut falsa sit descriptio, non tamen potest is, in quem intenditur pro-  
 ductio, *productus* scilicet, in actu recognitionis talibus uti verbis, quae  
 iudicem dubium relinquunt, vtrum documenta eadem esse existima-  
 uerit, qualia inducta sunt, an alia, et quaenam eius de documento-  
 rum argumentis sit sententia. Nam hoc casu, si productus dubitet de  
 descriptionis instrumenti veritate, non generalis quaedam recognitio,  
 quae inepta omnino videtur, fieri potest, sed potius specialis, de qua  
 mox est necessaria. Recte igitur iam Nicolai in *proc. Cap. LIII. n.*  
*27.* reiecit recognitionem, quae his verbis esset facta: *soll eine Quittung*  
*seyn, scheint zu seyn* etc. deinde Griebnerus in *proc. L. I. Cap. III. Sect.*  
*III. §. 5. not. t.* iure suo conceptam his verbis: *dafür, was es wirklich*  
*ist,* reprehendit, et Krausius in *proc. L. I. cap. III. Sect. III. §. 17.* hanc  
 formulam: *dafür, wofür sie wirklich passiren können; merito* vitu-  
 perat.

## V.

Producens, qui documenta falso induxit, impedire ne-  
 quit, quo minus productus ea specialiter, et aliter quidem,  
 quam inducta sunt, recognoscat.

Specialis recognitionis formulam exhibet Krausius in *proc. L. I. cap.*  
*III. Sect. III. §. n.* et latius variaque forma, Nicolai in *proc. Cap. LIII. n. 17.*  
 Ad eam semper admittendus est aduersarius, siquidem verbositate gau-  
 deat. Non tamen potest in recognitione alio definire documentum  
 modo, quam quo descripsit producens. Krausius *all. loc. §. 17.* Berger  
 in





in *El. Disc. for. ad tit. XXV. obs. III. not. 10.* Griebner in *Proc. L. I. Cap. III. Sect. III. §. 5.* Quodsi hoc factum sit, aut melius iubetur recognoscere, aut, si peremptorie citatus fuerit, documentum habetur pro recognito. Carpz. in *proc. Tit. XIV. art. II. no. 62. 66.* Verum enim vero producentis quoque officium est, vt documenta recte, pro argumenti veritate, describat, quod adeo certum est, vt Bergerus *l. c. no. 11.* eum quodque puniendum esse arbitratus sit, qui documenta aliter, atque eadem se habuerint, induxerit. Non immerito forsitan, si hoc dolose factum sit. Cum tamen errare etiam possimus, quod nonnunquam ipsi accidit Bergero, non quidem statim puniendus erit, qui documenta falso induxit: aduersarius autem non erit cogendus, vt hanc inductionem generali approbet recognitione. Falsae eiusmodi inductionis exemplum est apud eundem Bergerum *l. c. not. 5.* simplex scilicet chirographum sub nomine cambii editum erat. Quapropter, si aduersa pars, producentem documentum alia ratione, quam instrumenti postulat argumentum, induxisse animaduertat, siue dolo hoc factum sit, siue ex errore, poterit alio modo recognoscere, ac inductione facta est. Si exempli causa eam apocham, quam thes. IV. descripsi, producens hunc in modum induxisset: B. ist Beslagtens Quittung über 500 Thl. vom 12 Aug. 1770. cum hoc verum non sit, non eodem modo eam productus tenetur recognoscere, sed, si ita: B. wird zwar für Beslagtens Quittung, aber vom 12 Aug. 1777. und nur über 250 Thl. recognoscirt; facta sit recognitio, officio suo plene satisfecit. Quamobrem non audiendus est producens, si huic recognitioni contradicat, quod placuit, vti saepius, ita etiam nouissime Facultati Iuridicae Wittenbergensi, quae in causa W. L. contra S. L. et C. L. mense Iunio ai. 1778. sprete reorum allegatione, pronunciauit: und hat Kläger die Documente sub A. et B. zur Nothdurft recognoscirt; his additis rationibus: Obwohl ic. Beslagter aber und Mitbeslagter mit der geschehenen Recognition nicht zufrieden seyn wollen, da solche nicht in der Maasse, als die Induction geschehen, ausgefallen ic. D. a. d. ic. hiernächst die Recognition der Documente, da selbige darbey ihrem Inhalte gemäß beschrieben worden, nicht getadelt werden mag, und der Producent, wenn er seine Documente nicht nach ihrem wahren Inhalte, sondern falsch, inducirt, nicht verlangen kann, daß sie dafür, wosfür sie ausgegeben worden, recognoscirt werden sollen, etc.

Generalis, quae latissimam admittit interpretationem, recognoscendi formula num possit efficere, vt falsa inductio imprudenter recognoscenti non noceat, dubium est.

Quam cautionem adhibere possit productus, si producens alia descriptione, quam debebat, usus sit, proximo dictum est loco. Sed, si per negligentiam productus generaliter recognouisset documenta falso inducta, quaeritur, an ex hoc damnum passurus sit. Equidem ne hac quidem formula: *dasür, wosür sie ausgegeben*, factam recognitionem nocere, putauit Bergerus in *El. disc. for. tit. XXV. obs. III. not. 5.* subiecto exempli causa responso, quo haec defensa fuit sententia, cuius rationes latius apud eundem enarrantur. Sed dubium omnino hoc videtur, saltim si accommodatio ad alia fieri debeat exempla, cum huic excusationi, verbum sensu abusuuo esse sumtum, locus non sit. Nam et in alias plane partes abiisse in proposita specie Scabinos Lipsienses, ipse fatetur Bergerus. Cum enim recognitio vim habeat confessionis, Zieglerus in *Comment. ad Ord. Proc. Sax. ad tit. XXV. verba: gerichtlich producirt*, videtur producens ius ex ea habere adeo, vt interpretatio facienda sit in damnum recognoscentis, qui aut clarius, aut aliter, aut circumscriptis, quae proponebantur, verbis, loqui poterat, *arg. l. 39. D. de pactis l. 21. D. de contrah. emt. l. 99. pr. vers. nec rursum D. de V. O. cum culpa etiam in confitendo noceat, l. 4. et 7. D. de confessis*, et in transactione, *l. 12. D. de transact.* (quacum recognitionem, tanquam responsonem, bene licebit comparare) si verba non respondeant cogitationibus. Quapropter magis forsitan commendanda illa, quae amplissima est, recognitionis forma: *recognoscirt das Document sub A.* Cum enim illud solenne: *wosür es ausgegeben worden*, non addatur, productus non videtur consensisse in eam, quam aduersa dedit pars, descriptionem. Expressa autem secundum *l. 195. D. de R. I. nocent non expressa non nocent.* Praeterea, cum fiat recognitio, vt solet, saluis exceptionibus, eas etiam comprehendit, quae ad formam et materiam instrumenti pertinent, nemo non intelligit. Sed, quantumuis haec vera sint, cum in aliam quoque partem fieri possit interpretatio, (vid. quae proposui thesi III.) nec res satis videatur expedita, certe, qui specialem eligit recognitionem, si falsa sit inductio, optime sibi consulat.

ULB Halle

3

004 058 02X



56.







19

5

1779 4

THESES  
DE  
DOCUMENTORVM RECOGNITIONE  
GENERALI ET SPECIALI

P-88

Q V A S  
P R A E S I D E  
D. ERNST GOTTFRIED CHRISTIANO  
K L V G E L

IVR. SAX. PROF. IVDICII PROVINCIALIS IN LVSATIAE  
INFERIORIS MARCHIONATV ET FACVLTATIS IVRIDICAE  
WITTENB. ASSESSORE

DIE XXVI. NOVEMBR. A. O. R. MDCCLXXIX.

H. L. Q. C.  
DEFENDET

IOANNES WILHELM HEDENVVS

ARNSHAVGA VARISCVS.

---

WITTENBERGAE

LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII.

